



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

De eo quod ait dominus ad beatum Iob, Nunquid nostri ordinem coeli, &  
pones rationes eius in terra.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)



Hæc oia pauca & parua iudicans comparatione maiorꝝ uel pluriũ: multa (inquit) abscondita sunt, maiora his pauca em̄ uidimus opereꝝ eius. ¶ Quæ nam sunt illa maiora uel plura, abscondita & nõ uisa? Nimis aũ altitudinem firmamenti pulchri, à quo laudare cœpit facti fuerãt angeli quam multi ac nouem ordinibus distincti: de quibus uel de quorũ gloria ordinata & multiplici recte dicere potuit, abscondita sũt à nobis: & post uiros gloriosos, quorum laudẽ in ordinẽ digessit, usq; ad Symonem Oniæ filium, uenturus erat Christus dei filius, tanta facturus in primo, & secundo aduentu suo, ut de omnibus quæ nouerat, uel quæ eatenus ante ip̄m facta fuerant, recte dicere potuerit, pauca enim uidimus opereꝝ eius. ¶ Et nos qdem iuxta ppositum quod pposuimus, absconditũ in agro scripturarũ, quærere siue ostendere thesaurum sancti nominis patris & filij, & sp̄s sancti, stetitimus aliquantisp̄ in capite libri, quo dictum est, In principio creauit deus cœlum & terram, & sp̄s dei ferebatur sup̄ aquas: sed diligentia contemplandi, pcessionem sp̄s sancti, longius abduxit nos. Redimus nunc ad ip̄m caput, & de felicitate sanctorum angelorum aliquid eiusdem sanctæ trinitatis, cui assidue benedicunt, dicere intendimus.

Argumẽtũ libri huius trinitatis

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

In xliij. lib. de opibus trinitatis.

¶ De angelica creatura, qd facta sit ubi dixit deus, fiat lux, & de iudicio sp̄s sancti in damnatione tenebrarũ siue principis tenebrarũ diaboli. Ca. II.



Bi dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & uidit deus lucẽ, quod esset bona, & diuisit lucẽ & tenebras, creaturã esse angelicã factã, & nomine lucis bonos angelos, & nomine tenebrarum aut uocabulo, malos esse angelos significatos, multorũ & maxime patris Augustini non ppendenda firmat autoritas. Verum nos in alio ope de creatura ista mirabili, & de cæteris quæ de hinc scripturæ series creata uel facta narrauit latius tractauimus & rerum ordinem pposse diligenter psecuti sumus. Nunc ad p̄sens ppositum ptinet, pia iocundi festiuitate sermonis celebrare beatitudinẽ huius lucis, tanq; speculum summæ trinitatis, & laudare siue admirari iudicium sp̄s sancti in damnatione tenebrarum siue principis diaboli tenebrarum: quia ptinet contemplatio hæc ad laudem processus onis ipsius, de qua iam aliqua diximus, & ad glorificationem trinitatis, de qua simul dicere proposuimus.

¶ De eo quod ait dominus ad beatum Job, nunquid nosti ordinẽ cœli & pones rationes eius in terra. Cap. III.



Vnquid nosti ordinẽ cœli (ait dñs ad beatũ Job) & pones rationes eius in terra? Subaudit ut ego, & rñdeas, non. Nemo enim nisi solus deus nouit hunc ordinẽ cœli, cuius uniuersitas hic designata est nomine lucis, dicente scriptura. Dixitq; deus, fiat lux, & facta est lux. At tñ aliquibus sp̄s sanctus reuelauit, ut partim quasi p speculum & in ænigmate uiderent adhuc uiuentes in carne illũ dicentẽ cœli, Opus beatæ trinitatis ter trinis distinctũ choris, quorum nomina hæc sunt: Angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, uirtutes, cherubin atq; seraphin. Iste ordo cœli, ordinatus ad uidendã atq; laudandã gloriã sanctæ trinitatis, tantq; est beatitudinis, ut recte admiretur Ap̄s & dicat omnibus, qui illuc ad societate illorum scdm p̄scientiam & p̄destinationem dei uocati sunt, & iustificati atq; magnificati illuc perueniunt aut puenturi sunt. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ p̄parauit deus his, qui diligunt illum. Statimq; subiungit. Nobis autem reuelauit deus per spiritũ suum. Quibus nobis: Vtiq; hoibus in terra manentibus, terrenã habitationẽ huius corporis inhabitantibus. Quis alius istis reuelaret, nisi deus? ¶ Cum igit dicit, nunquid nosti ordinẽ cœli & pones rationes eius in terra: bene (ut iam dictũ est) subaudit, ut ego. Et rñdetur non. Nunc ipse ordo cœli qd sit, & quõ ip̄e, qui loquebat hæc, deus rationes eius posuerit in terra, quantum possumus, & quantum accepimus ex deo, uel ex ipsis quibus deus reuelauit p̄ sp̄m suũ, nostra infantia gestit effari paruulis similibus nostri.

¶ Quid sit ordo cœli siue ordo cœlorum, & de uersu psalmi, uerbo dñi cœli firmati sunt & sp̄s oris eius omnis uirtus eorum. Ca. IIII.



Rdo cœli siue ordo cœlorum illud est firmamentum eorum, de quo Psalmita, uerbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Qui sunt em̄ illi cœli, nisi omnes sancti, in quibus deus habitat, quam ob rem & dicuntur & sunt cœli

Job. 32.

1. Cor. 13. Nouẽ chori angelorũ

Ro. 8. 1. Cor. 2.

Ordinẽ cœli, quis uouit

Psal. 32.